



Fr. Xav. Kaiser delin.

Petrus Majer sculpsit.

NIGRA SILVA COLONIA ORDINIS S. BENEDICTI.

LIBER I. PRODROMUS.

De Hercyniæ, Marcianæ seu Nigræ Silvæ finibus ac statu primis quinque Ecclesiæ seculis.



I.
Silvæ Hercyniæ tractus, quem hic describendum sumimus, diversis apud antiquos auctores, græcos æque ac latinos, nominibus venit. Memorantur ARISTOTELI Ἀρκύνια ὄρη a) Arcynii montes illi ac silvæ, quæ tum per totam, quæ late patet, Teutonicam regionem erant distentæ. Silva hæc alias apud Græcos vocabulo magis a re i. e. ὄρος mons accepto Orcynia dicta est teste IULIO CÆSARE, ubi Hercyniam silvam descripturus, quam, inquit, Eratostheni & aliis

SECUA V.
PRIORA.

Hercyniæ silvæ amplitudo.

Meteor. I. c. 13.

De Bello gallico lib. VI. n. 24.

A qui-

a) Τῶν ἄλλων ποταμῶν, οἱ πλείους πρὸς ἀρκτον ἐκ τῶν ὄρων Ἀρκυνίων (ρέεσιν). Ταῦτα δὲ καὶ πληθεὶ καὶ ὕψει μέγιστα περὶ τὸν τόπον τῶτον ἐσιν. Ceterum